

XXVII. TARVISIVM (*Treviso*). *Tribu Claudia.*

Ex auctoribus saeculi XV duo tantum habent titulos Tarvisanos, nempe **FELICIANUS** (e Mansimo ut ait) n. 2091. 2113 et **REDIANUS** n. 2091. 2113. 2117. Primus data opera eius oppidi titulos et in domo sua concessit et in libros, quos scriptos reliquit, syllogam inscriptionum et antiquarium rettulit Hieronymus **BONONIUS** Tarvisanus (1454—1517) auctor praestansissimus, cuius exempla optimis adnumeranda sunt; hoc notandum, quod unum titulum n. 830 in domo sua habuit advectum ut videtur ex Aquileia. Eum exceptit Bartholomaeus **BURCHELATUS** Tarvisanus, qui apparatus epigraphicum patrii oppidi felici successu auxit exposuitque duobus libris, qui sunt ‘epitaphiorum dialogi septem’ (Venetiis 1583. 4 pp. 335), quos excerpit Gruterus, et ‘commentariorum memorabilium multiplicis hystoriae Tarvisinae promptuarium’ (Tarvisii 1616. 4. pp. 712), quo usus est Muratorius. Exempla eius quamquam Bononianis inferiora tamen non spernenda sunt, maxime quae dantur in libro priore. Adhibuit autem praeter editos libros Apiani et Scardeonii etiam scriptos Maruli et ipsius Bononii (v. hist. p. 499); quam ob rem ne credas Bononii testimonium magnopere confirmari accedente Burchelato. **BONIFACII** vero *historia Trevigiana* (Tarvisii 1591. 4) nullam utilitatem habet, cum titulos citet tantum et pendeat fere a prioribus. Secutus est post longum intervallum **ANTONIUS SCOTI** (1661—1740), qui pauca tantum ipse edidit in libro *memorie del Beato Benedetto XI detto pria frate Niccolò da Trivigi* (Tarvisii 1737. 4. pp. 277), plura Muratorio submisit. Idem cum de Tarvisii rebus ecclesiasticis commentarios perscriptos reliquisset, qui adhuc servantur ibi in biblioteca capitulari, eis frater eius **IOH. HENR. SCOTI** adiecit tractatum de re publica Tarvisanorum (monumenta civitatis Tarvisinae cum praef. scripta d. 9 Iul. 1743), qui scriptus servatur ibidem, posuisse in eo inscriptiones Tarvisanas quas nosset omnes. Adhibuerunt autem etiam Scotii schedas Bononianas (v. n. 2119). Exeussi item Tarvisii in biblioteca publica commentarium inscriptum *descrizione in ristretto dell' antichità e nobilità di Trevigi coll' autorità d'alcune iscrizioni insertum ephemeredibus Tarvisinis Giornale per l'anno 1741* (apud Eusebium Bergami 8. p. 7—18). Rambaldus ex comitibus **AZZONI AVOGARO** (1719—1790) in libro scripto contra Lazarum Asolanum (*considerazioni sopra le prime notizie di Trevigi contenute negli scrittori e nei marmi antichi*) edito demum a 1840 per Iohannem Pulieri (Tarvisii 1840. 4. pp. 280) inscriptio non multum auxit; nec profuerunt schedae eiusdem, quas excussi

servatas apud Dominicum Ricci bibliothecarium cathedralis Tarvisanae. Nec meliorem successum habuit Iohannes Dominicus **COLETUS** Seb. f. (†1798), cuius syllogae ‘veterum inscriptionum Tarvisanarum notis illustratarum’ (numero sunt LXI) scriptae Sperceniaci prid. id. Sext. a. 1796 duo exempla vidi et excussi, alterum servatum olim Opitergii apud comitem Tomitanum, deinde Veronae apud Ortium, nunc ibi in biblioteca municipali cod. hist. n. CXCII, alterum Venetiis in museo Correr (C. 5. 6); inscriptis eam Iosepho et Paullo Crespanis fratribus, quos ait in epistula dedicatoria inscriptiones Tarvisanas dispersas collegisse et ad se transmisso. Pendet enim Coletus plerumque a prioribus nec multa habet hodie utilia. Praeterea exemplari eius Veronensi adiecti sunt cum a nescio quo homine excepti tituli n. LXII—LXVI reperti a. 1798—1800, tum tres delineati a Vincentio Guiberto. In Veneto exemplo duo tantum eorum extant sine numero adscripto, qui respondent Veronensibus n. 62. 63. Examinavi etiam Francisci **NEGRI** inscriptiones veteres quae Tarvisii et in pagis extant (cod. Cicognae n. 221) neque tamen quicquam inde profeci. **PULIERIUS** denique is quem supra nominavi in additamento ad Avogari commentarium composuit titulos potiores Tarvisanos cum extantes tum deperditos, usus exemplari Coletiano eo tempore Tomitani, hodie Veronensi. De his auctoribus hoc loco monere visum est; nam qui praeterea unum vel alterum titulum ex hisce partibus ediderunt, lectorem non morabuntur.

Tarvisium nominant tituli urbani duo (Kellermann vig. n. 101: . . . *Maximus Tarvisio* — . . . *Secundus Tarvisio*; n. 104: *Q. Cassius Clemens Tarvisio* — *M. Granius Serenus Tarvisio*) et Procopius bell. Goth. 2, 29. 3, 1. 2 (*Tarvisio*) et Ravennas (4, 30 *Tarvisio*; 4, 31. 5, 14 *Tribicum*, ubi in cod. Basil. adscriptum est verum nomen *Tarbision*), cum *Tarvisus* legatur apud Fortunatum in vita S. Martini (l. 4 p. 472 Luchi); *Tarvisanos* Plinius 3, 18, 126. 19, 130 et titulus in ipso agro repertus n. 2094, cum *Tarvisianos* eos dicat Aquileiensis aetatis infimae n. 1593, *Tarvisinos* Cassiodorus var. 10, 27. *Municipium* appellatur n. 2109. Fuisse Tarvisanos in tribu Claudia praeter titulos infra relatos ostendit laterculus Kellermann n. 102 (*C. Titenius C. f. Cl. Secundus Tarvis. — M. Calvicius M. f. Cl. Fortunatus Tarv.*). Praefuerunt rei publicae *quattuorviri* (n. 2118). *Sexviri* liberti nominantur n. 2116. 2119.

2109 Tarvisii in S. Mariae maioris vicinia in domo Aloisii Federici medici BURCH. *Stata fino ad ora in un magazzino negletta, oggiò esposta alla pubblica vista ANT. SCOTI memorie di Benedetto XI* (Tarvisii 1737) p. 2. *Era inserta nella muraglia a capo della entrata della casa già Federici, ora Rudj, contrada della Madonna grande; io l'ho fatta riporre sopra la scala, per cui si ascende alla sala dove si raduna il consiglio della città di Trivigi IO. HENR. SCOTI. In the town house POCOCKE. In aedibus publicis muro infixa COLETUS. Da circa trenta anni o dispersa o trasfugata per essersi aperta una finestra in quella nicchia stessa, ove stava inserita PULIERI* (1840) p. 212.

ISID · REG
L · PVBLICVS
EVTYCHES
MVN · TAR
5 LIB.

Burchelatus epitaph. p. 150. 183 (inde Grut. 83, 13), hist. p. 498; *Giorn. di Treviso* 1741 p. 8; **Io. Henr. Scoti** f. 183; Pococke cod. 22994 f. 104; Melchior Spada Fossaelongae archipresbyter *dissertazione sopra i mezzi di migliorare la coltivazione delle terre nel territorio Trivigiano* (Tarvisii 1788. 4) p. 1, ubi titulum dat aere expressum; Coletus in epistula ad Guarnierium scripta a. 1788 et deinde commentario de Tarvisianis inscriptionibus inserta sub n. 1; Avogaro p. 163 seq. et p. 203, qui item in aere incidit.

V

In vv. dividendis consentiunt Burch. (epit. 183 et hist.) et posteriores. — Falsi arguit titulum Lazzari apud Calogerà opusc. 20 (1739), 327 sine ulla idonea causa ex solo studio Tarvisinae antiquitatis minuendae. Idem repetit Coletus propter formam tituli nec quadratam nec alias solitam et propter patroni nomen cognomini postpositum. Ecypa apud Spadam et Avogarum etsi formam tituli proponunt minus solitam, tamen suspicionem eam minime confirmant.

2110 Tarvisii ad D. Stephani in domo Bethignola secus hortos BURCH. Periit **IOH. HENR. SCOTI** f. 186. — Asulanam facit LAZZARI apud Calogerà 40 p. 407 sine causa.

LIBERO · PATRI
P · CASSIVS · Q ·
CLAS
LONGINV

Servavit Burchelatus epitaph. p. 188 (inde Grut. 67, 4), hist. p. 500.
2 fin. non indicatur hiatus.

2111 Tarvisii turri magna in via *Calmazzor* di- ruta per a. 1798 inventa inter crepidines ADD. AD COL., CORTEN. Fuit apud Crespanos; postea fratres Trevisan domini facti domus Crespaniae dederunt municipio. Hodie in curia.

ORNELIAE
SALONINAE
AVG
CONIVGI · GALLIENI

Contuli. Habent Additamenta ad Coleti exemplaria Venetum et Veronense n. 62; Cortenovis ms. p. 109; Pulieri p. 215.